

Om livets korthed

Lucius Annaeus Seneca

55 e.Kr.

Indhold

Fra De brevitae vitae	1
Fortale til Paulinus	1
Gør naturen vores liv for kort?	2
Frådseri med tiden	2
Bevar din fortid	3
De stressede	4
Vælg det rigtige liv	4
Kristeligt Dagblad 27.9.1996 om	
Villy Sørensens oversættelse	5
Fælles hellenistisk arv	5
Den retoriske tradition	6
Indlevet oversættelse	6

Fra De brevitae vitae

Fortale til Paulinus

Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrunt, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso uitae apparatu uita destituat. Nec huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et imprudens uulgi ingemuit: clarorum quoque uirorum hic affectus querellas euocauit.

Inde illa maximi medicorum exclamatio est: “uitam breuem esse, longam artem”. Inde Aristotelis cum rerum naturae exigentis minime conueniens sapienti uiro lis: “aetatis illam animalibus tantum indulgisse, ut quina aut dena saecula educerent, homini in tam multa ac magna genito tanto citiorem terminum stare.”

Non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. Satis longa uita et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur; sed ubi per luxum ac negligentiam

diffluit, ubi nulli bonae rei impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita 4
est: non accipimus breuem uitam sed fecimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt, ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

Gør naturen vores liv for kort?

Quid de rerum natura querimus? Illa se benigne gessit: uita, si uti II
scias, longa est. At alium insatiabilis tenet auaritia; alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas; alium uino madet, alium inertia torpet; alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio, alium mercandi praeceps cupiditas circa omnis terras, omnia maria spe lucri ducit; quosdam torquet cupido militiae numquam non aut alienis periculis intentos aut suis anxios; sunt quos ingratus superiorum cultus uoluntaria seruitute consumat; multos aut 2
affectatio alienae fortunae aut suae querella detinuit; plerosque nihil certum sequentis uaga et inconstans et sibi displicens leuitas per noua consilia iactauit; quibusdam nihil quo cursum derigant, placet, sed marcentis oscitantisque fata deprendunt, adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est, uerum esse non dubitem: ‘Exigua pars est uitae qua uiuimus.’ Ceterum quidem omne spatium non uita sed tempus est. Urgent et circumstant 3
uita undique nec resurgere aut in dispectum ueri attollere oculos sinunt, sed mersos et in cupiditatem infixos premunt. Numquam illis recurrere ad se licet. Si quando aliqua fortuito quies contigit, uelut profundum mare, in quo post uentum quoque uolutatio est, fluctuantur nec umquam illis a cupiditatibus suis otium est.

Frådseri med tiden

Mirari soleo cum uideo aliquos tempus petentes et eos qui ro- VIII
gantur, facillimos; illud uterque spectat propter quod tempus petitum est, ipsum quidem neuter: quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Re omnium pretiosissima luditur; fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculos non uenit ideoque uilissime aestimatur, immo paene nullum eius pretium est. Annua, con- 2
gariaria homines carissime accipiunt et illis aut laborem aut operam aut diligentiam suam locant: nemo aestimat tempus; utuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdem videbis, si mortis periculum propius admotum est, medicorum genua tangentes, si metuunt capitale supplicium, omnia sua, ut uiuant, paratos impendere! Tanta in illis discordia affectuum est!

Quodsi posset quemadmodum praeteritorum annorum cuius- 3
que numerus proponi, sic futurorum, quomodo illi qui paucos uide-

rent superesse, trepidarent, quomodo illis parcerent! Atqui facile est quamuis exiguum dispensare quod certum est; id debet seruari diligentius quod nescias quando deficiat. Nec est tamen quod 4
putes illos ignorare quam cara res sit: dicere solent eis quos ualidissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare: dant nec intellegunt: dant autem ita ut sine illorum incremento sibi detrahant. Sed hoc ipsum an detrahant, nesciunt; ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis.

Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. Ibit qua 5
coepit, aetas nec cursum suum aut reuocabit aut supprimet; nihil tumultuabitur, nihil admonebit uelocitatis suae: tacita labetur. Non illa se regis imperio, non fauore populi longius proferet: sicut missa est a primo die curret, nusquam deuertetur, nusquam remorabitur. Quid fiet? Tu occupatus es, uita festinat; mors interim aderit, cui uelis nolis uacandum est.

Bevar din fortid

In tria tempora uita diuiditur: quod fuit, quod est, quod futurum X 2
est. Ex his quod agimus, breue est, quod acturi sumus dubium, quod egimus certum. Hoc est enim in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati; 3
nec enim illis uacat praeterita respicere, et si uacet, iniucunda est paenitendae rei recordatio. Inuiti itaque ad tempora male exacta animum reuocant nec audent ea retemptare quorum uitia, etiam quae aliquo praesentis uoluptatis lenocinio surrepebant, retractando patescunt. Nemo, nisi quoi omnia acta sunt sub censura sua, quae numquam fallitur, libenter se in praeteritum retorquet; ille qui multa ambitiose concupiit, superbe contempsit, 4
impotenter uicit, insidiosae decepit, auare rapuit, prodige effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui haec est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnis humanos casus supergressa, extra regnum fortunae subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incursus exagitet; haec nec turbari nec eripi potest; perpetua eius et intrepida possessio est. Singuli tantum dies, et hi per momenta, praesentes sunt; at praeteriti temporis omnes, cum iusseris, aderunt, ad arbitrium tuum inspici se ac detineri patientur, quod facere occupatis non uacat.

Securae et quietae mentis est in omnes uitae suae partes dis- 5
currere; occupatorum animi, uelut sub iugo sint, flectere se ac respicere non possunt. Abit igitur uita eorum in profundum; et ut nihil prodest, licet quantumlibet ingeras, si non subest quod excipiat ac seruet, sic nihil refert quantum temporis detur, si non est ubi subsidat: per quassos foratosque animos transmittitur. Praesens tempus breuissimum est, adeo quidem ut quibusdam nullum 6
uideatur; in cursu enim semper est, fluit et praecipitatur; ante desinit esse quam uenit, nec magis moram patitur quam mundus

aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio numquam in eodem uestigio manet. Solum igitur ad occupatos praesens pertinet tempus, quod tam breue est ut arripi non possit, et id ipsum illis districtis in multa subducitur.

De stressede

Quaeris fortasse quos occupatos uocem? Non est quod me solos XII
putes dicere quos a basilica immissi demum canes eiciunt, quos
aut in sua uides turba speciosius elidi aut in aliena contemptius,
quos officia domibus suis euocant ut alienis foribus illidant, quos
hasta praetoris infami lucro et quandoque suppurato exercet.
Quorundam otium occupatum est: in uilla aut in lecto suo, in 2
media solitudine, quamuis ab omnibus recesserint, sibi ipsi mo-
lesti sunt: quorum non otiosa uita dicenda est sed desidiosa oc-
cupatio. Illum tu otiosum uocas qui Corinthia, paucorum furore
pretiosa, anxia subtilitate concinnat et maiorem dierum partem
in aeruginosis lamellis consumit? qui in ceromate (nam, pro fa-
cinus! ne Romanis quidem uitii laboramus) sectator puerorum
rixantium sedet? qui unctorum suorum greges in aetatum et col-
orum paria diducit? qui athletas nouissimos pascit? Quid? Illos 3
otiosos uocas quibus apud tonsorem multae horae transmittuntur,
dum decerpitur si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis
capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur aut
deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur? Quomodo ira-
scuntur, si tonsor paulo neglegentior fuit, tamquam uirum tonde-
ret! Quomodo excandescunt si quid ex iuba sua decisum est, si
quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in anulos suos reciderunt!
Quis est istorum qui non malit rem publicam suam turbari quam
comam? qui non sollicitior sit de capitis sui decore quam de sa-
lute? qui non comptior esse malit quam honestior? Hos tu otiosos
uocas, inter pectinem speculumque occupatos? Quid illi qui in 4
componendis, audiendis, discendis canticis operati sunt, dum uo-
cem, cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum
fecit, in flexus modulationis ineptissimae torquent, quorum digiti
aliquod intra se carmen metientes semper sonant, quorum, cum
ad res serias, etiam saepe tristes adhibiti sunt, exauditur tacita
modulatio? Non habent isti otium, sed iners negotium.

Vælg det rigtige liv

Recipe te ad haec tranquilliora, tutiora, maiora! Simile tu putas XIX
esse, utrum cures ut incorruptum et a fraude aduehentium et
a neglegentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto
umore uitietur et concalescat, ut ad mensuram pondusque re-
spondeat, an ad haec sacra et sublimia accedas sciturus, quae
materia sit dei, quae uoluntas, quae condicio, quae forma; quis

animum tuum casus exspectet; ubi nos a corporibus dimissos natura componat; quid sit quod huius mundi grauissima quaeque in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, sidera uicibus suis excitet, cetera deinceps ingentibus plena miraculis? Vis tu relicto solo mente ad ista respicere! Nunc, dum calet sanguis, uigentibus ad meliora eundum est. Exspectat te in hoc genere uitae multum bonarum artium, amor uirtutum atque usus, cupiditatum obliuio, uiuendi ac moriendi scientia, alta rerum quies. 2

Kristeligt Dagblad 27.9.1996 om Villy Sørensens oversættelse

Fælles hellenistisk arv

Den romerske filosof Seneca var samtidig med Jesus, og man finder i hans skrifter en del, der viser, at de havde mere end tiden til fælles. Filosofiske betragtninger fra den samme hellenistisk arv dukker nemlig op i både NT og Senecas skrifter.

Jesus siger: “Du gør dig bekymringer og er urolig for mange ting, men kun ét er fornødent.” Seneca udfolder den samme tanke i skriftet *Om livets korthed*, som Villy Sørensen nu udgiver en oversættelse af.¹ Temaet er, hvordan man bruger sin tid rigtigt. Hvert menneske har fået skænket et vist tidsrum, og vi ved alle, det er begrænset. Hvordan får vi det bedste ud af livet? Skal man følge fornuften eller sine lyster? Og hvad er mon det fornuftigste at gøre?

Helt i overensstemmelse med antik filosofi opfatter Seneca mennesket som et svagt siv, der hurtigt bøjer sig for den første den bedste fristelse. Ærgerrighed, madlyst, hævntørst, liderlighed osv. truer hele tiden med at erobre mennesket, så det drejer væk fra fornuftens vej og kommer i sine sansers vold. I *Om livets korthed* beskriver Seneca slagfærdigt de psykologiske mekanismer, der ligger bag tidsspilde, og den adfærd, der er det. “Alting frygter man, dødelig som man er, alting begærer man, som om man var udødelig.” “Intet falder travle mennesker så vanskeligt som at leve.” “Ingen kan få livet til at gå hurtigt nok, man plager sig med at længes efter det der skal komme, og kede sig over det der er.” Og han taler om “dem som kaldes hjemmefra af deres pligter for at rende panden mod andres døre.” “De hvis nydelser kræver meget arbejde, har ingen fritid.” “Vort liv bliver forstyrret af vore mange gøremål; at blive fri for dem er noget man aldrig opnår og altid ønsker.”

¹Seneca: Om livets korthed. Oversættelse, forord, kommentarer og noter af Villy Sørensen. Vindrose, 57 ss., kr. 98,- (ISBN 87-7456-542-7), anmeldt af Søren Hindsholm.

Den retoriske tradition

NT's tekster er skrevet i et enkelt græsk sprog. Seneca skriver anderledes. Han havde fået en retorisk uddannelse, hvor man øvede sig i med kort forberedelse at tale om et givent emne på en måde, så tilhørerne blev holdt fangne. Det kræver et fyrværkeri af pointer og et væld af pædagogiske gentagelser. Som citaterne forhåbentlig har vist, var Seneca dygtig til at finde pointer. Men denne pointerede stil er også hans svaghed. Den fortsætter ud over det rimelige, og den spærrer nogle gange for det dybere ræsonnement. Således er Seneca ikke særlig konkret, når han skal give råd om, hvordan man lever det egentlige liv. Hans råd indskrænker sig til, at man skal lære filosofi, så man ikke frygter døden, og holde sig til de største forfattere, så man kan dele deres erfaringer. Gode råd, ja vist, men så generelle, at mange ikke vil have meget glæde af dem. Men den læser, der går til Seneca for at finde det træffende udtryk og en rammende beskrivelse af vores tåbeligheder, går ikke forgæves. Senecas sans for det psykologiske er enorm. Og med blot den mindste fornemmelse for sprog, som alle faktisk har, kan man ikke lade være med at glæde sig over Senecas stil. Han skriver i korte, pointerede sætninger med klare billeder og modstillinger, og han undgår det upersonlige: Hvorsomhelst det er muligt, bruger han 'jeg' eller 'du' i stedet for 'man'.

Indlevet oversættelse

I Seneca-bogen (1976) viste Villy Sørensen at hans egen stil er congenial med Senecas: Citater og referater af Seneca lod sig gnidningsfrit føje ind i Villy Sørensens egen tekst. Denne nærhed til Seneca mærker man også i oversættelsen, og den går så vidt, at der hvor Senecas latin *mā* skrives om for at blive oversat, rammer Villy Sørensen oftest en omskrivning, der lyder yderst Senecansk: Seneca skriver fx om nogle, meget ordret oversat, at "De har ikke et otium, men et slapt ikke-otium." Villy Sørensen oversætter: "De har ikke fri, de har travlt med ingenting." Hvor Seneca altså lader sætningerne slutte med det samme ord, 'otium', lader Villy Sørensen dem begynde med det samme, og han rammer mundret en af de modstillinger, Seneca har så mange af, "travlt med ingenting". Ingen dansk oversætter kunne have gjort det bedre. Som Otto Steen Due med sine oversættelser har bragt Ovid og Vergil tættere på os danskere, har Villy Sørensen endnu en gang forkortet afstanden til Seneca.